



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Totius Tractatus De S. Matrimonij
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

Sánchez, Tomás

Coloniæ Agrippinæ, 1624

11. Princeps.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41559

ponens nouas pœnas in illius violatores, *lib. 3. disp. 47. nu. 12.*

Præsumptio.

1 Præsumptio triplex est. Quædam hominis, quæ est coniectatio in animo iudicis, vel cuiuscumque hominis ex varijs coniecturis concepta. Alia est iuris, quæ est probabilis coniectura ex certo signo proueniens, iure præscripto, quæ, contrario non probato, pro veritate habetur, ac onus probandi in aduersariũ transfert. Alia iuris, & de iure, quam lex tanquam firmum ius inducit, ita vt aduersus illã nulla probatio admittatur, nisi indirecta. Dicitur talis, quando lex non tantum præsumit, sed etiam statuit, *lib. 7. disp. 37. nu. 7. & 8.* Præsumptione iuris, & de iure potest condemnari denegatã appellatione, *ibid. num. 21.* Datur tamen probatio, & restitutio in integrũ, in iudicio extraordinario, in ordinario verò minimè. *ibid. nu. 22.*

2 Standum est præsumptioni iuris in veroque foro, quando quis dubitat, an contrariam intentionem habuerit, *lib. 7. disputation. 37. num. 12.*

3 Præsumptio iuris, & de iure, nequit exactibus futuris sumi, sed ex solis præteritis, *li. 7. disp. 88. num. 7.*

Princeps.

1 Princeps sæcularis, siue fidelis potest suis subditis impedimenta matrimonium dirimẽtia statuere. Potest tamen Ecclesia sibi reser-